

1098, marzo. Calasanz

Pedro I, rey de Aragón y de Navarra, dona varios bienes en Huesca al abad Jimeno.

(*Crismón*). In nomine Domine nostri Ihesu Christi, Patris et Filii et Spiritus Sancti regnantibus in seculi, amen. Ego Petro Sangiz, Dei gratia Aragonensium et Pampilonensium rex. Placuit michi libenti animo et

73 En doc. 622/10 y doc. 622/9: *Era TC XL^{ta}*.

74 Doc. 622/10 y doc. 622/9 añaden: *autem*.

75 Doc. 622/10: *Superarui*.

76 Doc. 622/9: *Tafayllya*.

77 En doc. 622/9 no está el signo.

78 El doc. 622/9 añade en párrafo aparte: *Ego Iohannes del Abbat notarius publicus honoris Montisaragonis hoc translatum scripsi et sig-(signo)num meum apposui consuetum*.

spontanea uoluntate, propter seruitia que michi fecistis et facitis cotidie, facio hanc cartam donationis et dono uobis abbati domno Eximino in Osca illas casas que fuerunt de Iben Alialua et de Iben Hosel cum eorum hereditates quod abent in terminis de Oska. Insuper autem concedo et adfirmo uobis cum libenti animo illas uineas quod comparastis in Osca illa una in uia de Michera et alia in locum ubi dicitur Amakzemalme? que fuit de Ahemet Aiub et de Mahomat Iben Alaghat et uno orto qui est medio orto et medio uinea qui fuit de Ibn Haharon Ibn Azolhe. Hec autem superius scripta laudo et concedo et adfirmo uobis eum totum quod abeatis eum ad uestram hereditatem ingenuum et liberum et frankum per facere inde tota uestra uoluntate sicut omo de sua propria hereditate uos et homnis uestra posteritate salua mea fidelitate et de homni mea posteritate per cuncta secula.

(Signo de Pedro I en caracteres árabes).

Facta carta ista era T C XXXVI⁷⁹ in mense marcio in loco et in obsidione quod uocatur Calasanç. Regnante domino nostro Ihesu Christo et sub eius imperio ego autem Petrus Sangiç Dei gratia regnante me in Aragone et in Pampilona et in Superarui et Ripa Curcia et in Oska. Petrus episcopus in Osca; alius Petrus episcopus in Erunia et dominus Poncius episcopus in Rota. Adefonsus frater meus in Biele. Comes Sancius in Erro et in Tafalga. Senior Galindo Sangiç in Funes et in Argedas. Senior Enneco Fortuniones in Sancta Maria de Uxua et in Anniesse. Senior Lope Lopez in Uno Castello. Senior Fortunio Lopelo in Aguero. Lope Garceç in Aierue. Senior Fortunio Lopez in Luar. Senior Forti Hortiz in Osca et in Montearagone cum suos compangeros Garcia Ennecones merino et Lope Fertuniones zaualmedina in Osca. Senior Eximino Garcez et illo abbate don Galindo in Montesson. Senior Fortunio Date in Calasanz. Senior Remon Galindo in Stata et in Statella. Don Calbet in [Oce] et in Alakestro. Senior Garcia Eximinones et Barba Torta et senior Enneco Galindez cum eorum compangeros in Alkezar. Senior Eximino Galindez in Orta. Senior Petro Sangiz in Boltania. Senior Garcia Sangiz in Senebue. Senior Garcia Eximinones in Busa et in G[rosta]ne. Senior Acenar Acenarz in Monte Cluso.

⁷⁹ La fecha es la que transcribe Ubieto. Yo en cambio no veo las tres x, sino T C XII VI, o bien TC XV VI, que sin duda es un error del escribano.

Ego autem Sancius scriptor sub iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et hoc signum (*signo*) feci.

AHN. Clero. Monearagón. Carp. 622, n.º 10. Documento en mal estado.

Publica Antonio Ubieta, Colección diplomática de Pedro I..., doc. 45, pp. 275-276.